

gravaminibus percussionibus et offensis quomodocumque commissis seu patratiss in personis vel rebus Cole et Malgerii vel alterius eorum per eosdem Colectam et Ianninum a temporibus retrohactis usque in presentem diem non turbare citare vexare accusare denunciare seu quomodolibet Inquietare *etc.* Et ex predictis Ianninus tam pro se quam pro fratre suo remisit et relassavit predictis Cole et Malgerio omnes Iniurias Insultus et percussiones ac offensas hinc inde factas seu commissas *etc.* Et cum predictae ambe partes Barolum applicuntur de predictis questionibus Brigis et altercationibus per pacis osculum pacem perpetuam facientes infra octo dies ad requisitionem scilicet Tancredi de Comestabulo de dicta Civitate Baroli *etc.* Pro quibus omnibus obligaverunt omnia bona sua sub pena unciarum Centum medietas scilicet ipsius pene Regie Curie *etc.* Et quia ut predictae partes dixerunt quedam discordia seu lix est inter eos de quadam petia terre sita in pertinentiis Baroli ubi dicitur Sanctus Maurus quam hos dixerunt habere fines iuxta terram philippi de nicastro iuxta terram nicolai de gacto viam publicam et alios confines propterea predictae partes promiserunt sibi ad invicem de predicta petia terre compromittere infra octo dies cum Barolum applicuntur in Francum de Comestabulo, Andream Grossum et Philippum de nicastro de dicta Civitate ut in arbitros arbitratore et amicales *etc.* Et nihilominus pro Maiori concordia habenda inter partes predictus Ianninus pro se et pro parte fratris sui Cole remisit et relassavit Cicculo de Lauretta, filio dicti Cole et Malgerucio de Lauretta, nepotis ipsius Cole ut dixit omnes Iniurias Insultus *etc.* Ego predictus Raynaldus notarius qui his omnibus rogatus interfui et meo solito signo signavi et abrasi emendavi superius in hoc ubi legitur rebus ipsorum et alibi ubi legitur eorumdem, et alibi ubi legitur Et nihilominus pro maiori concordia, non vitio set quia scribendo Casualiter erravi. (*C'è il segno*).

† Ego Petrus mannelli q. s. Iudex ad contractus subscripsi.

† Ego notarius Iacobus quaranta de neapoli testis sum.

† Ego chirinus de comestabolo tesstatur. (*sic*).

† Ego Leonardus de Ebulo de Neapoli testis subscripsi.

† Ego notarius Iodoycus sic lynna

N. 157.

A. D. 1336 (28 dicembre; Indiz. IV - Barletta)

Contenuto

Angela Bonella, figlia di Angelo, per mano della Curia di Barletta, restituisce alla madre *Aloysia de Gactis* quella porzione dei beni che superano la sua dote.

Rex Robertus *etc.* Iudex Nicolaus Iacobi de Laurecta, not. Clemens de magistro Sanctoro *etc.*

Nobilis Angela Bonella f. qd. Angeli Bonelli dicti Manelli, concivis nostra duodecim annorum, ut dixit, ostendit scriptum decretum, ut infrascriptur, per nobilem Thomasium de Theodinis de Ancona, militem regium Capitaneum eiusdem Terre Baroli, baiuli officio fungentem *etc.* Inter alia continens qualiter per procuratorem dicte Angele in Curia Baruli fuit expositum quod cum ipsa habeat bona infrascripta emergat quod debetur Aloysie de Gactis matri sue uxori dicti Angeli patris sui in unciis auri decem et novem contingentibus, dictam Angelam debere solvere dicte Aloysie ratione dotium quarte seu murgincapitis debi-